

posse videtur muscam excitare, tam facile homines occidebat quam canis adsidit. sed quid ego de tot ac talibus viris dicam? non vacat deflere publicas clades intuenti domestica mala. itaque illa omittam, haec referam; nam etiam si sura mea Graece nescit, ego scio: ἔγγιον γόνυ κνήμης. iste quem videtis, per tot annos sub meo nomine latens, hanc mihi gratiam rettulit, ut duas Iulias pronepotes meas occideret, alteram ferro, alteram fame; unum abnepotem L. Silanum: videris, Iuppiter, an in causa mala; certe in tua, si aequos futurus es. dic mihi, dive Claudii, quare quemquam ex his, quos quasque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti? hoc ubi fieri solet? in caelo non fit.

11 Ecce Iuppiter, qui tot annos regnat, uni Volcano crus fregit, quem

ἔϊπε ποδός τεταγών ἀπό βηλοῦ θεσπεσίω,

215

215 Hom. Il. 1,591

204–205 muscam excitare ... canis adsidit] v. comm. || 205–206 non vacat ... clades] Sen. Ag. 654 | publicas clades] cf. ThLL 3,1244,55 || 207 ἔγγιον γόνυ κνήμης] Aristot. Eth. Nicom. 9,8,2 (1168b). Theocr. 16,18, Cic. fam. 16,23,2, Athen. 9,30 (383b), Suda v. γόνυ κ. ἔ., paroem. Zenob. 3,2, Diogen. 3,78, Greg. Cypr. 2,50, prov. Otto 1324 || 208–209 gratiam ... occideret] Sen. contr. 9,1,5 (9. 11) || 214–216 Iuppiter ... iratus] Sen. contr. 10,5,1 (2. 6. 24–25)

204 excitare V | tam vel cum s | quem s nonnulli | adsidit S plerique edd. excidit V Dubl. E. 5,20 I plerique, prob. Rutgers Fromondus ('talorum iactus infelicissimus') exsidit LI nonnulli frust(r)um absidit s exta edit Rhenanus (coll. Gr. prov. xύων παρ' ἑντέροις) et Alcivatus (exta) exedit Ronconi, v. comm. || 205 tot actibus VLI utar ac talibus s nonnulli || 206 omittam illa L | illas s | referem V || 207 sor mea S for me a V phor mea L phor mea vel formea vel forma et alia corrupta I soror mea s prob. Bücheler Rostagni Russo<sup>1-2</sup> Ronconi sura mea Russo<sup>3-6</sup> cruces appos. Haase Rossbach Waltz, alii alia, v. comm. | Graece del. Bücheler<sup>2-6</sup> Birt Herrmann Eden | ENTYCONTONYKNHAIHC S ENTYCONTONIKNNΔIHC V ENTICON TONY KHNΔIHC L Graeca verba rest. Bücheler et Cobet, vocem hanc corruptam ex inscriptione libelli (Ἀποκολοκύντωσις) coniecit Heumann | videtis vel videris s || 208 mihi om. s | retulit SVL s1 plerique || 209 iulias SL sicilias V avias suas s iulias (-II-) vel filias I | pronepotes SVLI scripsi (coll. Enn. 55 V.<sup>2</sup> [60 S.], Charis. GL 1,90,24, Non. 317 L., codd. Suet. Ner. 35,1) proneptes s Malat. S. XX.1 Leod. 109 prob. omnes edd. | fame ... ferro s plerique || 210 adnepotem VLI obnepotem s nonnulli | silanum SL silandum V sillanum (sal- vel silv-) s1 | vides I nonnulli | si aec vos S si haec vos V si hic inter vos (hic s. I. L) LI (vel nos I) vett. edd. si (vel certe) hic apud nos s sit aequus Haase si aequos Bücheler || 211 futurus est VLI facturus est s futurus, et Haase || 212 agnosceres LI | antequam S | dampnasti VI || 213 ubi om. VLI || 214 quō V | regnatum V | vulcano VLs1 (f- s nonnulli, vol- Crac. 722) | crux s nonnulli || 215 ΡΙΨΕΤ ΠΟΔΟΣ ΤΕΤΑ ΤΩΝΔΠΟΒΗΑΟΥΘΕCΤΟΤΟ S ΡΙΥΕΤ ΤΙΟ ΔCΤΕΤΔΤΩ ΝΔΤΙΟΒΗΑΥΘΕCΤΟΤΟ V ΡΙΥΕΤ ΠΟΔΟΤΕΤΔΤΩΝΔΠΟ ΒΗΔΥΘΕCΤΟΤΟ L Homeri versus restituit Rhenanus

16

et iratus fuit uxori et suspendit illam: numquid occidit? tu Messalinam, cuius aequae avunculus maior eram quam tuus, occidisti. "nescio" inquis? di tibi malefaciant: adeo istuc turpius est quod nescisti quam quod occidisti. C. Caesarem non desiit mortuum persequi. occiderat ille socerum: hic et generum. Gaius Crassi filium vetuit Magnum vocari: hic nomen illi reddidit, caput tulit. occidit in una domo Crassum, Magnum, Scriboniam, †tristionias assarionem †, nobiles tamen, Crassum vero tam fatuum ut etiam regnare posset. hunc nunc deum facere vultis? videte corpus eius dis iratis natum. ad summam, tria verba cito dicat et servum me ducat. hunc deum quis colet? quis credit? dum tales deos facitis, nemo vos deos esse credit. summa rei, p. c., si honeste inter vos gessi, si nulli clarius respondi, vindicade iniurias meas. ego pro sententia mea hoc censeo' atque ita ex tabella recitavit: 'quandocumque divus Claudius occidit socerum suum Appium Silanum, generos

216 iratus...suspendit respicit ad Hom. Il. 15,18

220–221 reddidit ... tulit] Sen. contr. 10,4,12 || 223 dis iratis natum] Hor. sat. 2,3,8, Phaedr. 4,20 (21),15, Pers. 4,27, prov. Otto 519 || 224 tria verba] Pind. Nem. 7,70, Plaut. Trin. 963, Ter. Phorm. 638–639, Sen. epist. 40,9, prov. Otto 1869 || 226 clarius respondi] Sen. de ira 3,24,2

216 fuit om. s | et<sup>2</sup> om. s || 217 nescii malit Bücheler<sup>2-6</sup> app. prob. Ronconi | dii SVLs1 vett. edd. Bücheler<sup>2</sup> di Haase plerique edd. || 218 istud VLs1 | nesci V (: mg.) nescis LI vett. edd. || 219 c. caesarem Ss IC. caesarem V Illa G. cesarem LI | prosequi VL persequi vel pro- s1 | et om. s || 220 Gaius] .c. S c cesar V G. Cesar L G. (vel C. vel Gaius) s1 Caius Caesar vett. edd. Caius Schuster app. Gaius post Bücheler omnes edd. | vefuit S vetuerat ante Crassi transp. s | hic vel hoc s1 | illi om. s || 221 tulit] sustulit Scheffer Maehly apstulit Gertz Rossbach || 221.222 tristionias assarionem (assarionem SV) tristioniam assarionem LI (tristimoniam assarionem Guelf. 299, Critioniam assarionem Paris. 8717, Bassioniam Assarion Vat. 4498, Tristioniam Assarionem mg. Vat. 4498) tristion(i)am assarionem (T- A-) vel t. Affanonam s post Assarionem \* lacunam indicavit Bücheler<sup>2</sup> tris, di boni, assarios item Mommsen τρεῖς τριῶν ἀσσηρίων omnino Gertz Palmer Tristionias, Assarionem Bücheler<sup>2-6</sup> (tris homines assarios Bücheler<sup>2</sup> append., Bücheler<sup>2-6</sup> app.) del. Birt, cruces pos. Rossbach Waltz Russo Rouse<sup>2</sup>, alii alia, v. comm. || 222 tamen] tantum s || 223 deum s. I. V<sup>3</sup> | videte vel videre s | diis VLs1 || 223.224 ad summa V At summa LI (vel ad vel ac I) assumat s nonnulli || 224 et servum me ducat om. V Ant. 9 Laur. A. 168 || 225 esse om. s || 226 me ante inter suppl. Haase Bücheler Ball Rossbach Bruun | gressi S me gessi s | nulli S | clarius S darus V durus L durus vel durius s1 (dure vel divus I nonnulli) durius Rhenanus Hartmann Waltz Herrmann acrius Wehle || 227 pro sententia mea Ss praesen V (tia mea s. I. V<sup>3</sup>) psentia mea LI | quanto quidem V || 228 appii sillanum V Appium Syllanum L appium (ap-) sillanum (vel sil- vel silv- vel syl-) s1

4\*

17